



EPITHOME IN QVA PRAECL. pua Rhetorice capita continentur.

*Auctore Vincentio Blasio Gar
cia Valentino Prima Classis Pra
fecto, & publico Rheto
rica Interprete.*

Ad Patres Iuratos Valētinos
Secunda editio.



*Valentiae apud Aluarum Fran
cum, Anno 1598.*



1400-1499

1500-1599

1600-1699

1700-1799

1800-1899

1900-1999

2000-2099

2100-2199

2200-2299

2300-2399

B-37

VIGILANTIS-

SIMIS PATRIBVS

Iuratis, Valentinis.

Vincentius Blasius Garcia,
S. P. D.



DITVRVS iterum Rheticæ
Epithomē. P.I. vigilantissimi, fa-
ciendum mihi putauī, vt eam initio
oratiunculam præponerem, quam
non modo de via languens, sed etiam afflcta,
& perdita valetudine fractus, ac debilitatus,
multorumq; vocibus, ne dicam, conuicijs, ex-
pugnatus, intra priuatos Primæ Classis parie-
tes, habui. Vna siquidem, & eadem opera
studiosis adolescentibus exemplaria, quibus
dolenter carebant, nunc demum suppeditent; &
a cuius, dum pene funderetur ex tempore, ora-
tionis auditione, longe maxima illoruim pars,
qui frequentissimi conuenerant, non tam an-
gustijs loci, quā auditorū multitudine, exclu-
sa est, ea tandem scripta, & mandata typis, le-
gi ab omnibus, vestro beneficio, poterit. Exsta-
bit etiam, opinor, & ad memoriam postero-
rum, & ad xenulationem presentium insigne
exemplum cum amoris in nostram patriam,

A 2 tuni

tum officij in studiosam iuuētutem mei, quando nec magna corporis macie, nec periculosa valetudinis perturbatione, nec permolesto anni tempore, nec ullo salutis discriminine deterri potuerim, quo minus & imperio vestro parerem, & plurimorum studio satisfacerem. Vos vero præclare, id est, more vestro, facietis, si & Epithomem, & oratiunculam, & utriusque auctorem benigne accipiatis; atque alia maiora, cum ea, quam opto, & spero, valetudo contigerit, exspectetis. Valete.

ORATIO.



OSSVM equidem, Viri ornatisimi, Senatum Valentinū, cuius auctoritate Roma reuocatus, intermissa iam diu studia humanitatis, hodierno die repeto, ijsdem versibus, absentē, appellare quibus Mecenatem suum Horatius, poëta gravis, & doctus affatur;

*Spectarum satis, & donatum iam rude, queris,
Mecenas, iterum antiquo me includere ludo.*

*Non eisdem est ætas, non mens. Veianus, armis
Herculis ad postem fixis, latet abditus agro;
Ne populum extrema toties exoret arena.*

Quamuis enim neque satis spectatus merito meo, neque ut strenuus, & multarum palmarum

rum gladiator, rude donatus sim, huius me tam
en Academiae splendor ab obscuritate, in-
gens discipulorum numerus ab ignoratione
hominum vindicare, & ipsi viginti anni, qui-
bus Eloquentiam Romanam ex hoc gradu pu-
blice sum professus, quietem aliquam, & opta-
ti, non ad inertiam, & desidiam, sed ad reco-
lenda grauiorum artium studia, otij, & tran-
quillitatis præmium merere potuerūt. Quod si
Veianio, veteri gladiatori, homini sæuo, &
cædibus assueto, figere, ut illis vistata tempo-
ribus, supersticio ferebat, ad Herculis valvas
arma, sub trahere se a publicis spectaculis, in
agro delitescere, &, quod reliquum erat vitæ,
in otio degere non modo non turpe fuit, sed
etiam honestum, quanto magis, mihi quietio-
ris vite recessus, & quasi portus, ubi varijs, &
diuturnis iactatus fluctibus, conquiescerem,
& omnes curas, atq; molestias ex hoc, ut ita di-
cam, Scholaftico strepitu, deponerem, conco-
dendus fuit? Licuit illi, ne Populi Romani
misericordiam, quam sepe iuuenis esset in are-
na consecutus, denuo flagitare senex cogere-
retur, eo secedere, quo libuit; mihi vero, qui
tam diu hoc Svisphi saxum verso, non licet es-
se quieto, nedum, consertis manibus, otioso.
Quot, obsecro, annos in hoc sum litterario,
oratorio præsertim, certamine versatus? Quo

A 3 ties

ties pro decoro huius Academie, pro commo-
dis studiorum Iuuentutis, pro dignitate nobilif-
issimae facultatis, tanquam pro aris, & focis, di-
micaui? Quoties vestram non modo benigni-
tatem, ad quam natura propendetis, sed etiam
benevolentiam mihi, & gratiam conciliaui?
Reuocor nihilominus ad antiquum ludum,
descendo iterum in eam arenam, in qua multa
diligentiae, industrie, ac laboris mei, ut non
sine magna voluptate partem existimationis, ita
cum aliquo metu amittendam, vestigia recog-
nosco. Arma illa, quæ didiceram tractare; qui
bus me a puero assuefeceram; &, quæ, ante
quam detraherentur inuiti, vltro deposue-
ram, rursus capio, cū vt huic Academiae gra-
tisicer, id ipsam à me suo iure reposcenti, tum
vt Senat. V. paream, iuste, & legitime impe-
ranti. Et quidem, si quemadmodum mihi eadem
mens est, quæ semper fuit ad bene de mea pa-
tria merendum, idque vt assequerer, nullum
pene otiosum in vita spiritum duxi, ita eadem
vis, eadem alacritas esset ad elaborandum, mi-
nus commoueret animo; minus corpore per
horreterem. Sed heu? non est eadem ætas,
non idem robur, & corporis firmitas, nō eadem
valetudo. Quorum omnium sentio, breui tem-
pore, tantam, quantam fortasse neino credat,
factam esse iacturam. A Etatem, quam videtis,

quin-

quinq; annorum accessio quantum, obsecro,
debilitauit? tantum profecto, vt non ætate
processisse, sed omnino consenuisse mihi vi-
deat. Corpus sensim exhaustum, ac laguens
pristinas suas vires ita desiderat, vt vereri in-
terdum cogat, ne, quæ animus, egregie offi-
ciosus, & publicæ caussæ studio ductus, susce-
perit, subire illud omnia, & perferre, atque
persequi ad extremam queat. Valetudinem
ipsam, quam ille non modo intelligendi, sed
etiam dicendi grauissimus auctor, & magister,
Plato, priuîn humanæ felicitatis gradum,
Plutarchus, vt opinor, diuinum, & blandissi-
mum condimentum appellat, cœlum, & solum
Romanum, cure, & cogitationes, quæ animum
certarum quarundam rerum insolentem, exe-
derent meum, domestica inclusio, & fere per-
petua, songissimæ itidem, & periculosisssimæ
nauigationis labores, & difficultates, diutur-
na, & vehemens terra, marique conquassa-
tio, nimis perse imbecillam ita afflixerunt, vt
dici, atque commemorari vix possit. Animus
itaque anxius, & grauiter affectus, corpore,
cuius ministerio indiget, fatis commode uti,
corpus, egra, atque infirma valetudine, animi
conatibus par esse posse non videtur. Nec de-
est, qui mihi crebro reliquam Horatij cant-
ilenam insusurret;

*Solue senescentem, mature sanis, equum; ne
Peccet ad extremum, ridendus, & ilia ducat.*

Etenim ita ratio comparata est vitæ, natureq.
nostræ; ita fert rerum usus, & euentus, vt inul-
to aliter decus, & illustris fama, quā cōparari
solet, amittatur. Quos subeas labores; quas per-
feras molestias; quibus periculis perfungaris,
quandiu, & quantum frides, & algas, necesse
est, vt in hominū ore cum gloria, & laude ver-
seris; vt ceterorum aures optimo de te sermo-
ne compleantur; vt claritatem nominis, & pre-
dicationem apud surdam s̄epe, & ingratā po-
steritatem assequaris? Per labores virtutem
incedere Hesiodus; nihil sine magno labore
vitam dedisse mortaliū Horatius affirmat.
Quid Ouidius?

*Aliæ Cleonæ querende est fama labore:
Non venit e molli viuida fama thoro?
Vulgare etiam illud est, & per vagatum;
Venter, Pluma, Venus laudem fugienda sequēti.*

Ipse Hercules, Iouis satu editus, inquam in
cœlum, antiquitatis opinione, sublatns fuis-
set, nisi prius illud humeris, Iunonemq. pre-
mentem, sustinuisse; atque truces belluas,
horribilia monstra, efferatos immanitate ho-
mines,

m̄ines, vt fabule narrant, inuicta virtute supe
rasset; ipsamque gloriam, quasi toto orbe exu
lantem, persecutus, ad inferos usque manes,
& tartareas tērrimarum sedes laruarum pe
netrasset. Neque illud de nihilo est, quod ve
teres Poëtæ finxerūt; Solem aqua marina, Lu
nā dulci delectari. Etenim qui maioribus suis,
si obscuri fuerunt, sua virtute prelucere; si no
ti, maiorem, quam ab illis acceperit, relinque
re posteris claritatem vult; qui fulgere Solis
instar, lucere etiam in tenebris, splendere que
perse cupit, is, necesse est, aquam marinam bi
bat; acerba, nimirum, multa, & aduersa, & odio
sa, & molesta, & perniciosa perpetiatur, ac
perferat; omnibus denique fortunę iniquitati
bus, hominum fraudulentorum insidijs, super
borum contumelijs, auarorum rapinis, crude
lium supplicijs tota vita exerceatur. Est cur
sus ad gloriam plenus solicitudinum, labo
rum, vigiliarum; exponitur fraudibus nocen
tissimorum hominum; patet dolis scelerato
rum; obijcitur ad omnes casus subitorum pe
riculorum. Qui vero, vt Luna, luce lucet aliena;
qui nihil sibi ad laudem, nihil ad honorifi
cam memoriam posteritatis; nihil ad immorta
lein famam conandum, maiorum suorum lau
de contētus, putat, is aquam bibat dulcem; vo
luptates undeunque aucupetur; se vnum co

A s lat;

lat; suæ indulgeat voluntati; corpori seruiat;
fasciculū ad nares admonheat; incēdat odore; re-
dimat caput sertis; iaceat in viola; deponat cer-
uicem in puluino perlucido, melitenti rosa far-
eto. Faciet id quidē, me non indulgente, sed ta-
men non repugnante, modo se sibi honoris, &
gloriæ spem, ignauia sua, præcidisse fateatur;
finatq; alios, quorum fortis animus, magnus,
constans, quæ plerisq; eximia, & præclara vi-
dentur, præ magnitudine, & præstantia sua,
parui ducit, per varios, & ancipites casus, per
ingentia rerum discrimina tendere.

*In Latium sedes urbifastæ quietas
Ostendunt.*

Necesserat, ut nos quoq; a fabulis discedamus,
ea spe è Quæstura M. Tull. ut non dubitaret,
quin sibi Po. Roman. vltro esset omnia dela-
turus, quod frumenti in summa caritate maxi-
mum numerum Romam misisset; quod nego-
tiatoribus comis, mercatoribus iustus, munici-
pibus liberalis, socijs abstinenſ, omnibus esset
visus in officio diligentissimus. Meminerat
etiam excogitatos à Siculis in suam ipsius gra-
tiam honores inauditos; denique sic tunc exi-
stimabat, nihil aliud homines Romæ, nisi de-
Syracusana Quæstura loqui. Venit forte Pu-
teolos,

teolos, ibique rogatus à quodam , quo die Ro
ma exisset ; quid in ea esset noui, facile sensit,
id quod ipse confitetur. P. Roman. aures he-
betiores ad excipiendas res , ab alijs bene, di-
ligenter, ac feliciter gestas, oculos acres, atq;
acutos ad hominum vitia notanda, & mores ex-
plorandos habere; ideoq; se tantum abesse ab
ea gloria, quam ardēter expetebat; & pro qua
diu iam, multumque laborarat , vt illius , que
cogitasset, nondum fundamenta iecisset. Nec
se tamen deseruit ; aut concidit: sed fecit , vt
postea quotidie præsentem omnes viderent;
habitauit in oculis ; pressit forum; neminem a
congressu neque ianitor ipsius, neque somnus
absterruit; ita se deniq; comparauit, vt ei fue-
rit ne otium quidem otiosum. His, & talibus
euris, laboribus, periculis animus, magnarum
rerum appetens , ad æternum decus exerce-
tur his gradibus ad summum humane felicita-
tis peruenire sic , vt breuiter concludam, sic,
inquam , ire ad astra potest: nec vñquam alia
ratione cuiusquam virtus viam sibi muniet,a-
ditumuc aperiet ad immortalitatem. At, vt om-
ni parta existimatione spolieris ; vt in poste-
rum iaceas , quamdiu vixeris , ignobilis , &
inglorius; vt in odium , & offenditionem non
inimicorum modo, verum etiam amicorum, &
maxime familiarium incurras , dies intermis-
sus

sus vñus, aut nox vna interposita, aut leuis ne-
gligentia , aut inopinatus casus , aut temera-
rium populi præiudicium, aut fortuna, hone-
stis inimica consilijs, aut, quod iniquissimam
est, aliena culpa efficit: atque totam sæpe de-
te vulgi opinionem parua non nunquam com-
mutat aura rumoris. Vt iā ininus mīer, quod
multo magis antea mirabar, sic euenire , vt sit
semper durior spectatæ virtutis , quam incog-
nitæ conditio. Quod scripsit suis in Symbolis
Ludouicus Viues ; nobilitatem, scilicet, non
dari ab vna die , id multis ante sæculis , sum-
mus sine vlla controuersia, Phylosophus do-
cuerat, Aristoteles in hunc sensum ; Ver ne-
que vna hirundo facit, nec vñus dies; & bea-
tum eodem modo , felicemùè nec vñus dies,
nec breue efficit tempus . Nec dubito, quin, si
rogari idem posset, quot dies , quam longum
tempus hominem ex fælici miserum , ex beato
etrumnosum, ex illustri , & claro obscurum, &
ignotum reddere , possit , responderet , vñus
dies ; vel potius diecula : diecula , dico? imo
hora , atque etiam punctum temporis . Ig-
nobilitatem igitur , dedecus, infamiam , in-
fælicitatem , ruinam dies vna, hora vna , mo-
mentum vnum afferre solet . Est enim vaga,
volubilisq. fortuna; utroque vultu cogitatio-
nes humanas, ac spes cludit; rerum mutatione,

vel

vel dicam, euersione, gaudens, quos in sublimi extulit propitia, eos infesta nec opinantes deijsit, & inexspectata ruina conterit. Vere Seneca iunior;

Quidquid in altum Fortuna tulit, ruitura leua!
Virorum, magna prudentia, vsu, exercitatio-
ne præditorum, consilium est, vt is, cui res in
bello ad voluntatem fluxerunt, ab illius se,
quam primum possit, laqueis explicet; nec ve-
lit pluribus in prælijs fortunam belli pericli-
tari: futurum alioqui, ni se mature colligat,
vt omnes illæ bellicæ laudes, omnes victorix,
omnes triumphi, omnia monumenta, atque
trophæa exitu fœdissimo corruptantur. Ta-
ceo Epaminondam Thebanum, Thimoteum
Atheniensem, Carthaginem Annibalem,
Antiochuni Magnum, Mitridatem Poticum,
Gn. Pompeium, Imperatorem Aurelianum:
taceo illos, qui post afflictam, ac penitus euer-
sam Imperij Romani fortunam, militari laude
floruerūt, & quidē ex omnibꝫ nationibus infi-
nitos, qui infinitæ cupiditati sūx modū statue-
re aut nesciuerūt, aut nequiuerunt, aut, quod
magis credibile est, noluerūt; & ob eam causam
exitum habuerunt non solum rerum ge-
starum dissimillimum, sed etiani pristinæ exi-
stimationi, atque dignitati longe turpissimū.

Milo

Milo Crotoniata, vt hunc potissimum com-
memorem, nunquam fortasse corpus suum fe-
ris laniandum obiecisset; nunquam Aristho-
menes, addam hunc illi socium, Lacedemonio
rum animos, crudelissime laceratus, satiasset,
diroque spectaculo pauisset oculos inimico-
rum, si ille vires experiri suas iam senex, hic
tentare, multiplici audacia, fortunam oppor-
tune disijsset; vterque sibi & in ostentatione vi-
rium, & armorum periclitatione temperas-
set. Verum dum Crotoniata nihil deminutum
senectute de suis lacertis, ac viribus putat;
Messenius fortunam, quæ primis conatibus
arrisserat, nunquam sibi, quasi illius rotam
clauo trabali fixisset, defuturam confidit;
vterque posteros omnes atrocissimo genere ne-
cis admonuit, vt sibi, alieno exemplo, ca-
ueant; vt malint desinere, quam deficere, abi-
re cum desiderio, quam explodi cum fastidio;
& cum cæterarum rerum omnium, tum assi-
duitatis satietatē, tū nimiā confidentiā, quam
qui prudenter sentiunt, pedicam appellant, di-
ligentissime vitent. Dicam, vt mea natura, &
vobis non incognita consuetudo, fert, libere,
sed vere, & sine iactatione dicam. Qui casus
ad periclitationem ingenij, atque doctrinæ in-
cidere, quæ pericula, & discrimina ad terrorem
accidere, quæ occasiones ad ostentationem fa-
cultatis,

cultatis, ad disciplinam dicendi, ad comparationem laudis, possunt illis offerri, qui in hac oratoria quasi palestra versantur, ea omnia mihi vni Valentiae primum multis annis, Ronæ deinde quadriennio contigerunt. Quoties mihi utrobius vir sex, interdum etiam pauciores, ad meditationem, & cōmentationem concessi sunt dies? Quoties imparato, & nihil tale exspectanti, publice, & priuati, serio, & ioco, necessitate, & volūtate s̄æpe mea, s̄æpius aliena, dicēdū fuit? Sed quo in loco? Illustri quidē semper; amplissimo aliquoties, & celeberrimo nō vnius vrbis, sed totius orbisterræ theatro. Quibus de rebus? grauibus plane, exquisitis, difficilibus, maximi ingenij, & nō exigui temporis. Quibus auditoribus? Si vitam spectes, longe optimis; si stirpem, nobilissimis; si studia, doctissimis; si dignitatem, clarissimis; si magistratus, ac munera, potentissimis. Denique, concludam paucis, quidquid Sanctimonix Christiana Religio, quidquid nobilitatis vetustas generis, familiæque splendor, quidquid doctrinæ circulus sapientiae, quidquid auctoritatis honor, quidquid maiestatis potestas rerum omnium in terris habere uspiam potest; id me dicentem attente, & amante audiuit; perorantem cum plausu, & gratulatione exceptit; abeuntem cum laude prosecutum est.

Vt

Vt non tam mihi , his tantis rebus perfuncto,
conandum deinceps sit, vt aliquid amplius ac-
cedat existimationi, nominique meo suscepti
one noui laboris, quam timendum, ne detra-
hatur aut iniquitate hominum, aut leuitate for-
tunæ. Illud enim verum est; Quem casus sæpe
transit, aliquando inuenit. Theramenes, cum
se vnum, omnibus socijs, atque amicis, ædium
ruina oppressis, incolumem euassis se vidisset,
suspirans clamauit; O fortuna , cui me casui
reseruas? quasi se non illius benignitate ab exi-
tio seruatum , sed alicui funestiori cladi, tur-
pioriq; mortis generi malitia reseruatum præ-
sagiret. Nanque fortuna , semper sui similis,
id est, in sua inconstantia constantissima, no-
cendi libidinem ab hominibus nunquam cohi-
bet; sæpe, dolose fauendo, illam contegit; sæ-
pius illius tempus differt, vt facilius incautos
opprimat: id quod fortasse facere nequivisset,
si, illato detrimento, prouidentes ante , & præ-
cauētes offendisset. Illis itaque suauius blan-
ditur, quibus atrocious nocere vult, vt, quo fue-
rint occultiores insidiæ, eo funestior pestis infe-
ratur. Quare non leuibus cauissis, non infirmis
rationibus , non absurdo consilio potui me
ipse domi continere; debuit & Sena. Val. hu-
jus publici muneris vacatione donare, & Aca-
demia ab hoc labore si minus ætatis, valetudi-
nis

nis certe excusatione vendicare. Sed demus nihil
esse in rebus meis incommodi, etatē eandem, quę
fuerat annos ab hinc quinque, corpus bene cōfir-
matum, valetudinem optimam. Quid? none anni
tempus eiusmodi est, vt non modo detergere me
ab hoc conatu, sed etiā à cogitatione auertere de-
beat? Hoc enim tēpus ipsum est, cum studiosorū
animi, diurna studiorum molestia defatigati,
oblectamentum spectant, vt aliquo laxamento re-
creati, ardenter ad ea, quę restant, & capescēda,
& absoluenda reuocentur. Rediere alij ad pater-
nos lares; alij amoeniora loca, & salubriora sibi
delegerunt; alij intra domesticos se parietes con-
tinent eo animi decreto, vt inde pedem interdiu
non efferant, nisi cum Sol, iam præcipitās, frigi-
dam aurā, & suauem terris spiritam restituerit.
Cui, quæso, vsui erit hic meus ad propositendū in-
gressus? Epistolæ, vt scribit M. Tull. offendunt
in loco non reddite: benevolentia itidē, summo-
rum regum firmissima custodi, si intē pestiua sit,
nihil a similitate differt. Fructus præterea acerbi,
periculosa nauigatio, iter incōmodum, bellū ca-
linitosum, potiones mortifere esse solēt, nisi oc-
casione cominentur. Quid igitur acuti homi-
nes, & momenta officiorum omnium seuere per-
pendentes, existimabunt de hoc meo labore, sus-
cepto illo quidem, si non præter exspectationem
vestram, præterq. studium erga rem litterariam
meum, at supra vires meas, contra consuetudinē

B Academ.

Academiarum, extra legitimum tempus? Si occa-
sio, ut magnis viris placet, est, pars temporis, ha-
bens in se idoneam aliquid faciendi, aut non fa-
cieudi opportunitatem, certe, quāuis cetera om-
nia nū ihi essent integra, & soluta; industria mea,
quęcunque sit, multis subeuaretur auxilijs; vo-
luntas bene, quantum possumus, aut si qnid pos-
sumus, de patria merendi, facultate adiuuaretur,
iuepte me tamē hoc in munere gererem, occasio-
ne destitutus, qux plus in rebus tractandis, quā
res ipsæ, valere interdum solet. Veterem illā vo-
cem; Nosce tempus, ita cūtis pœne mortalibus
placuisse video, vt inter septem dicta sapientium
in primis celebretur; atque, vt alia sexcenta, plu-
ribus auctoribus ascribatur. Cuius, cuius sit, cer-
te à doctissimo quoq; usurpari, ab omnibus lau-
dari, confirmare liquido possum. Hesiodi illud
est;

*Observato modum. Nam rebus in omnibus illud
Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum.*

At ego non spectasse tempus iudicabor, cum
& optimum elapsum iam sit; & presens ineptū
videatur; & quale, quod sequitur futurū sit, vel-
le diuinare, imprudentiam, & leuitatem preserat
cum incerta, & suminę cuiusdā obscuritatis ple-
na sint omnia. Isocrates, alius ab illo, quē Plato,
& Platonem secutus, Cicero, mirifice laudant, ad
suum Demonicū scripsit; In iucundū esse in om-
ni re, quidquid intēpestiuū sit Homerus exiguum
munus

munus maximum pūtat, tēpore oblatum necer-
fario. Præclare. Nā, vt multis post s̄eculis Pyn-
darus in Pythijs Hymnis cecinit; tempus in om-
ni re præcipuum est, obtinetq. fastigium. In tem-
pore, inquit apud Comicū, nescio, quis, ad
eam veni, quod rerum omnium est primū. Quid
Theocritus in Idilio? Quid alij auctoritate gra-
ues, ingenio nobiles, monumentis clari, numero
pœne infiniti & Philosophi, & oratores, & hi-
storici, & Poëtæ clamant? Quid omnis doctorū
hominum schola, quid quotidiana vita testa-
tur? Rerum, videlicet. omnium, reste, feliciterq.
gerendarum, summam in ipsa temporis opportu-
nitate consistere. Virgiliana Dido, seu amore
saucia, sororē Annam, quāuis puellā, & amato-
riæ cupiditatis ignaram, leuitatis insolentē, ido-
neam tamen duxit, quæ Aeneam, hominē ingra-
tum, & inexorabilem, à profectioñis, vel potius
fugæ studio, & celeritate deterreret; ad meliorē
mentem reuocaret; ad misericordiam inslecte-
ret, quod.

Sol a rīri molles aditus, & tempora norat.

Occasio in prælio, vt sentit, & scripsit Vegetius
amplius iuuare solet, quā virtus. Res profecto mi-
ra, & incredibilis, nisi tātū, tamq. peritū rei mili-
taris haberet auctorē? Quid queritis? Tantā vim
habet occasio, vt ea vna terū omnium conditio-
nem aut euertere, aut cōstituere, aut ad suum ar-
bitrium, atq. libidinem versare in omnes partes,

B 2 atque

atq. regere posse videatur. Miserum est despere;
sed Horatius non veretur affirmare dulce esse in
loco despere: pecuniae iactura cuius dano sa est;
sed Syrus terentianus pecuniam negligere ira-
num sepe lucrum putat. Prope est, vt exclamē;
honestum in honesti speciem præfert; dainū
pro lucro habetur; voluptas molesta est; benefi-
cium maleficio par cēsetur; stultitia sapientia vi-
detur; omnia denique alia, quam sunt, apparent,
prout occasione fiant. Qui intempestive canunt,
etiam si pertissime illud, atq. suauissime faciat,
tantum tamen abest, vt doctorum, & intelligē-
tium hominum iudicio cōmendentur, vt etiam
stultitie nomine condennentur. Mar. Tull. mul-
tas agnoscit in eptias; sed dubitat, alia ne sit ma-
ior, quam illorum, qui solēt quocunque in loco,
quoscunque inter homines visum est, de rebus
aut difficillimis, aut non necessarijs argutissime
disputare. Ut nō sine causa veterum superstitione
videatur occasionem, nescio, qua diuinitate do-
nasse. Quid? Illud, quod Hyppolitum Phœdrī
nouerçæ, dicenti, illius se captam amore, Suidas
scripsit respondisse; Par odio importuna bene-
uolentia, nonne adferre animo meo perturbatio-
ne in debet? Præsertim cū eadem hæc vox in eos
vsurpari confuerit, qui dum nulla habita tem-
poris ratione, officiosi esse student, eo ipso, quo
se placere posse putant, valde vehementer offendunt.
Errante in obiurgare, illumq. ad bonam, vt
dicitur

dicitur, frugem hortati, summa benevolētia est;
Id si fiat inepto tempore, similitas perniciosa. Plu-
tarchus, nobilis ētate sua philosophus, & non hi-
storīæ modo, sed multarum etiam rerum aliarū,
natura penitus abstrusarum, scriptor luculentus,
in eo, qui est de discrimine amici, & adulatoris,
libro; opportunitas, inquit non obseruata, cum
omnibus rebus maximum adfert malum, tū vero
in admonendo præcipue utilitatem aufert. Ami-
cum laudibus extollere, honestum; quid, si immo-
dicis, & intēpestiuis? turpe. Siquidein illi, nō, ve
par erat, gloria, sed inuidia queritur. Munifici est
pecunias dare; sed adolescenti, aut alicui nepoti,
qui illis, vt idoneis exercendę nequitia instrumentis, deterior fiat, dementis. Memiferum! ex-
clamat Pāphilus. (iuuat profecto me notissimis,
& quasi domesticis exemplis vti) Quid Symo pa-
ter: Id nunc demum sensisti, Pāphile: olim istud,
olim, cum animum induxti tuum. Nouistis reli-
qua. Maxime fuerat optandum patri, vt miserū
se filius agnosceret, & fateretur: at, quoniam id
senserat, cum sentire nihil referret, id illi gratia
apponendum non censuit. Ciues suos ad repeten-
das de Troiano AEnea, homine, vt putabat, per-
fido, & atrocissima quæque merito, grauissimas
pœnas, hac acerrima, & acerbissima oratione ex-
citat, & impellit Dido;

Ferte siti flamas; dñe velæ; impellite remos.

Mox cum se colligeret; & vlciscendi occasio-

B 3 nem,

nem, discessu inimici, clapsam, simulque irritas
suas querelas, fractas ininas, intempestiuū impe-
rium, inanem suorū laborem, inutilia arma, flam-
mas, vela, remos nihil omnino prodesse posse, re-
putaret, ita secum ipsa;

Quid loquor? aut ubi sum? Que mērē insanie mutat?

*In fœlix Dido, nunc te facta impia tangunt?
Tunc decuit, cum sceptra daberet.*

Ergo miseriæ sensus, si serus sit, ne inini un-
quam laudi, multis sœpe vitio datus fuit, & pro-
bro, si Terētio; nihil certe, aut stulte loquitur;
nusquam est; insavit prorsus, qui res suas pre-
postoris temporibus administrat, si Virgilio cre-
dimus. Sed ad me reuertar. Vchemēter mihi timē
dū esse video, ne hoc inēū iuuandę patriæ deside-
riū, quod parum, aut fere nihil tēpore, cuius cau-
ta, & prudens obseruatio viros, famæ, honestiq.
nominis cupidos in primis decet, adiuetur, intē
pestium, importunū, molestū censeatur. Equi-
dem, vt est timidus, & omnes formidat rumuscua
los illorum, qui officiosi esse volunt, animus, vi-
deor audire horatianum illud; Nihil moror be-
neficiū, quod me grauat. Grauabuntur, vt sus-
picor, pleriq. & non leuiter offendentur, quod
intempestiuus fuerit meus in patriam reditus, in
tempestiuus in Academiā ingressus, intempesti-
uns conatus ad illud munus ex ~~ex~~plēduin, quod
mihi absenti, & quiduis aliud potius, quam de
publica profitendi prouincia, cogitanti S. Valē.

pro

pro sua singulari in hanc Academiam, & nobiles
artes propensione, assignauit. Sua cuiq. rei tem-
pestiuitas est. Altero post eum, qui diui Luce ho-
nori, nominiq. dicatus est, die, tunc, cum Mars
suas reuocare copias, easq. in castris, & sub pelli-
bus continere incipit; cum ab armis, cōmuni om-
niū gentiū consensu, ac more, disceditur; tunc, in
quam, Musæ, quæ delituisse diu, atque elanguis-
se otio videbantur, se ipsas excitant; exercitus
suos lustrant; eosq. in puluerem, atque solem, &
in ipsum discrimen, acicmq. perducunt. Tūc fit
magnus studiosorum in Academias concursus;
tunc intermissa studia acriter repetuntur; tunc
Doctores de superiore loco eas, quas profitetur,
artes miro cum plausu, & frequentia discipulo-
rum tradunt; tunc omniam Gymnasiorum pa-
rietes letis, atque eruditis studiosæ iuuentutis,
grauibus de rebus disceptantis, vocibus perso-
nant; nouaq. species, eadēq. pulcherrima ipsius
sapientiæ quasi renuiscentis obijcitur. Nam
quemadmodum apes, hiberno tempore, ab ope-
re cessant; abdite latent; nullus in alueari strepi-
tus auditur; nulla sit concursatio; in eunte autē
vere, foras erumpunt; diuisoq. inter se labore,
aliæ flores conuichunt; cælestem aliæ rorem collig-
unt; aliæ alia in commune conferunt; aliæ, quæ
domi manserant, venientes excipiunt; onustas
sublebant; fessas recreant; nullus deniq. est locus
scgnitiæ, atque socordiæ; ita in ipsis Academijs

B 4 magnum

magnum est & estate silentium, magna studiorū adolescentum infrequentia, magnus studiorum langor; omnes pene in ipso calore frigescunt. Quid mense Octobri? Vertuntur, & mutantur in optimam, sed dissimillimam, conditionem omnia. Frequentatur iam illa solitudo; summa esse incipit Doctorum assiduitas; Academiæ multitudine iuuenum, & splendore celebrantur; vix quisquam est, nisi inertissimus, qui non in hyeme caleat. Nunc vero, cum omnia sole torrentur, aut prope est, ut torreantur; cum sequitur am mox Caniculā nemo nō pertimescit; cum in Academijs magna esse incipit à studiosis adolescentibus, maior à Doctoribus solitudo; cū alij publice docendi, alij dicendi suam faciunt, imprudētię profecto videbitur munus docendi inchoare, & alijs, de more silentibus, inani vocum sonitu, quiescentium auribus obstrepere, cum presertim non tam probare Senatui Valentino nauitatem tuam, quam & magistris ipsis, & discipulis ignauiam suam, aut saltem otiosam cessationē exprobare velle videaris. Quid ergo faciam non modo multis, & magnis difficultatibus impeditus, sed ipso etiā tempore exclusus? Nū cedā, manumq. tollam, neq. iniqua rerum cōditione vietū, & de pristina sententia deiectū fatebor? Est plane hominis ignavi, & niinium timidi ante periculū periculi metu ab officio discedere. Neque committam, ut S. Valentini iudicium, vestram, viri claris simi

simi, exspectione, studiosorū iuuenū spem tur-
pi cunctatione fecelliste, atq. publicis rationibus
meas duxisse potiores videar. Pompeius, re, & no-
mine magnus, à gubernatore nauis admonitus,
omnes, si tunc ē portu solueret, naufragio peritu-
ros, missum se à S. P. Q. R. in Siciliam, vt patrię,
fame laboranti, aduecto frumento, quam primum
subueniret, non, vt viueret, respōdens, se turbulē-
to mari, nauem ventis, conatum bono euētui com-
misit. Recordatus etiam accitum me Roma ab
S. V. non vt calores vitem; voluptatibus indul-
geam; valetudinem curem; vitæ consulam, sed, vt
huic Academicæ, patriæ q. mēx, quātum possim,
tātū prossim, subibo hoc onus, vt potero; susti-
nebo, quandiu potero. Sit, vt omnino fuit, me
Gn. Pompeius rebus gestis, opibus, honoribus,
fama superior; charitate in patriam certe non
erit. Iam quis, cui sit aliquis sensus humani-
tatis, procrastinandum sibi vñquā, & in studio,
atq. opere suo cessandum putet, cū audiat ex cla-
mantē, quem, obsecro, virū? Hyppocratē, id est,
quendam Medicinæ Deum, aut certe Medicorū
omniū terrestre oraculū; vita breuis, ars vero lō-
ga, experimentum fallax, iudicium difficile? Fer-
tur præterea dixisse Aristoteles; Maxima pars
eorum, quæ scimus, minima est eorum, quæ igno-
ramus. Quæ ergo amentia est, sapiētiæ amatores,
ab illius studij: vacationē querere, & cui rei mul-
ta secula paria esse nō possunt, ei vnius hominis

ctatem, cum per se breuissimam, tū animi nostri
mollitia, & corporis indulgentia breuiorem, &
crebra feriarum inter positione, male coherentē,
fœdeq. distractam, egregie sufficietur putare?
Hore, inquit, M. Tull. cedūt, dies, menses, anni;
nec præteritum tempus vñquā reuertitur, nec,
quod sequatur, sciri potest. Nec arbitror ullum
dolorem acerbiorē esse illo, qui suscipitur ex
recordatione male positis tēporis, siue quod bre
uissimū sit, eaq. de cauſa vel minima pars illius
contemni sine ignominia, & detrimēto non pos
sit; siue quod illius iacturam alijs assignare sum
mæ temeritatis, & insignis impudētię esse videa
tur, cū sit nostra culpa admissum dedecus, quod
ut effugias, quis est non modo non recusandus,
sed vltro appetendus, subeundus, excipiendus la
bor? Themistocles, totius Græciz eloquentia, au
ctoritate, gratia, prudentia, omniq. laudis genere
florentissimus, lacrimans ſepe dicebat; inuitum
ſe mori, quod tunc ē vita diſcedere cogeretur, cū
ſapere inciperet, & quidem ſexagenario maior.
Inunc, & voluptates conſectare; auocationem à
labore, reuocationem ad otium quære; accusa
alias calores immodos, alias intolerabilem
hyemis vim; ſenties miser, ſenties, citius
quidem, quam velis; ſerius tamen, quam ex
pediat, ſerius quam deceat, tuorum ad ſapiētiā
curſum ſtudiorum à te ipſo, per turpem ignauia
impeditum, impetum redardatum, &, quem ſpe
rabas,

rabas, tuorū laborū, & vigiliarū fructū, eum ita
lentitudine tua longe submotum, vt ante moritu-
rus sis, quam illius vel primoribus labris suau-
itatem gustare possis; cum tamen ille, si paulo di-
ligētius niti voluisses, presto futurus fuisset uber-
imus. Quām vellem, erigerent mentes, auresq.
suas, & quod dicam, diligenter attenderent, qui
multo magis tarda ingressione, quām concitato
cursu, assiduoq. delectantur! Vacabat vna cū
seniore Plinio nobilis quidā vir legenti puerο.
Is cū parum distincte, & clare per paucos ver-
sus pronuntiasset, coactus est ab honesto viro
eosdem illos repetere, & articulate proferre. Ibi
Plinius, vir aliqui magna animi humanitate tē-
peratus, haud leuiter excandescens; antu, inquit,
intellexeras, quid sibi puer vellet? Probe, inquit
ille. cur ergo puerum interollaſti? cur a lectione
reuocasti? cur totius illius temporis, quod est
a puerō consumptum in repetitione versuum,
iaſturam facere voluisti? o acerrimum sapientiæ
studium, quid non efficis? quos stimulos
non admoues? quos ignes non adhibes, vbi ge-
nerosa pectora invadisti? & miramur, quod a ve-
terum felicitate ingeniorum, & a gloria sapien-
tiae tam procul abſtinus, qui tantū ab illorū con-
stantia, diligentia, studio, affiduitate, & discendi
cupiditate, & contētione defciuerimus? Plinius
vir doctissimus, & ſūma cū apud ſuos, tū apud
exteras

teras nationes auctoritate , existimatione, fama,
& præstantissimis ingenij monumentis clarissi-
mus, breuissimi tēporis amissionē honestissimo
homini, viro amicissimo , studiorū socio, omniū
horarū comiti, condonandā non putauit; & nos,
si non penitus rudes , leuiter certe artibus inge-
nuis eruditi, & nulla ratione cum illo comparan-
di, non vnius, aut alterius horę, non duorum, aut
trium dierum, sed mensium multorū vſu, & fru-
ctu equo animo carebimus ? & , quod est multo
deformius , nostra socordia priuabimur ? Fuit,
fuit profecto ista illius sæculi fœlicitas, & eorū,
qui tunc viuebant, hominū, sed precipue C. Pli-
nij, laus, cui non forum, non campus, non curia,
non domus, non lectus vacuus vnquam lectione
fuit. Nihil tamē vnquam legit, quin exasperet,
& ex varijs ingenijs excellentissima quæque li-
baret; neq. id tantum in Bibliotheca, sed in men-
sa, sed in lectica, sed equitās, aut quippiam aliud
agens, vt tum denique vita frui, ac spiritu sibi vi-
deretur, cum in rerum abstrusarum, & difficiiliū
inuestigatione tēpus omne consumeret. Fuit Au-
relius Alexander optimus auruspex, eximius au-
gur, musicus insignis, & vtraque oratione, quod
paucissimis contigit, vſq. adeo excelluit, vix vt
parem agnosceret. Verum in his rebus quem ille
laborem impendit? quę fuit illius assiduitas? quę
cōstantia? Etiā in cōuiuijs, in quibus sola corpo-
ris voluptas, & animi relaxatio quaeri solet , aut
legentes

segentes audiebat, aut ipse, quæ alij audirent, legebat. Sic, sic, inquā, progressio admirabilis, sic incredibilis ad omnem excellentiā cursus fiebat. Denique nemo fuit post homines natos vel mediocriter eruditus, qui non ad nocturnum laborem diurnum adiunxerit; totamq. sine aliqua assiduitatis, & diligētiæ interimis sione ætatē in litterarum studijs contriuuerit. Videant igitur deliciati isti homines quem animum sibi suscipiendū putent, cum corporis obsequio, & indulgentiæ nimis addicti, leuibus, nō valetudinis, vt fingūt, sed otij, vt appareat, & oblectamenti incommodis a laudatissima, & cūstis expetita mortalibus descendī celeritate terreantur. Echinus fœmina, cattulorum in alao delitescentium, spinis stimulata partum differre dicitur; nimirum, vt quo diutius illum detinuerit, eo grandior fœtus, & duriores spinarum aculei fiant, & ipsa acerbiore cum dolore aut pariat, aut pereat. Nihil enim est tertium. Perniciosam hanc stulte animantis procrastinationem imitari videntur, qui sic operā dant optimis artibus, vt earum studia sepe interrumpant; sepe longo interuallo repetant intermissiona; sepe strigare, atque interiūgere, vt Plautus loquitur, soleant; & longissimam sibi in immenso, & diffilimmo sapientiæ curriculo morā injiciant. Quo consilio? vt & studia, sepe interpellata, refrigerescant; & tēpus, res pretiosissima, vt dicebat Theophrastus, & res ipsa declararat, frustra teratur.

Quo

euentu? vt turpissimi cessatores aut nunquā, aut
intempeſtiue, idest, ſine voluptate, & ſine utilita-
te, quod & illius ſenſus, & huius uſus futurus ſit
breuiffimus, fructum capiant ingenioum ſuo-
rum. Id ni ita eſſet, cur hebeſcere aciem ingenij
ſui, lauguescere induſtriam, atque reſidere ad fa-
piētiam impetum ſuum mallent, quam quidquā
ſibi de otio, de feriandi cōſuetudine detrahi? cur
recuſirent in optimarum earundemq. pulcherri-
marum conquisitione rerum diutius elaborare,
quam inertissimi, & desidiosiſſimi homines ſo-
lent? cur, proposita æqua, atque adeo etiam me-
ritis maiore mercede laborum ſuorum, non ad fa-
pientie ſtudium ingrederentur animoſe? aut, ſi
ingressi iam ſunt, cur non celerrime currerēt ad
ea, quæ ſunt nauis, & induſtrijs hominibus pre-
mia conſtituta? cur tandem mihi auctores eſſent,
vt menſem Octobrem expeſtem? Ego, vt tātum
temporis ſine aliqua huius Academiae utilitate
abire ſinam? Ego vt elabi tot menses ſine fructu
ſtudioſe iuuētutis, ſine exercitatione induſtrię,
ſine cultu ingenij, ſine uſu dicendi equo animo
patiar? Non faciam; non, inquam, faciam: ſuade-
re nolint. Etenim quamuis omnibus hominibus
maxime diurna uſura vītē concederetur; parū
dixi: quamuis omnes ad ſatiętatem viueremus;
tamen parcissime eſſet tempus diſpensandum,
vt ſufficere illud rebus necessarijs poſſet. Nunc
vero quæ eſt iſta, per Deum immortalem remiſ-
ſio

fio, vel potius abie~~cō~~ctio animi? Quis cordis stu-
por? Quæ mentis cæcitas aut non discere in tan-
ta rerum ignoratione, aut lente necessaria disce-
re in tanta temporis breuitate, aut dediscenda
discere in tanta copia rerum præstatiissimarum,
eos præsertim homines, qui se musarum alūnos
bonarum studiosos litterarum, veri cnpidos, lau-
dis, & glorie appetentes iactant? O rem ridiculā,
viri clarissimi! Homerus militem desidē, & otio
sum etiam hyeme, etiam tempestate per frigida,
& gelidiſſimis imbris, nō vult; sed illum ad la-
borem, & vigilantiam adhortatus, exclamat;

Aut gladium exacue, aut præsepiæ comple.

Plinius agriculā iubet ante lucanis horis, cum
foras egredi ad labore nō licet, alijsq. in lecto ster-
tunt, ferramenta exacuere, manubria aptare, do-
lia quassa sarcire, ipsorumq. laminas scabendo
purgare, aut nouas facere, modo ne domi sedeat
otiosus; sed quiduis, otij cōsumēdi cauſſa faciat;
Et nos, non modo totius elegantiarum, & sapientiarum
quasi milites, qui ab ineūte adolescentia grauiſ-
simū, & necessariū cū barbaria, & ignorātia, atro-
ciſſimis hostibus, bellū gerim., atq. ad extre-
mū vſq. ſpiritu gesturi ſumus, verūctiā, vi agri
cole, & noſtros, & aliorū animos, tanquā agros,
ſeptos vndiq. & vſlitos vcpribus, & dumetis, no-
tra diligētia, & cultura meliores efficere debem⁹
ita nos geremus, vt, perinde, ac ſi omnia ſint tuta,
& trāquilla; & nihil negotij ſuſcep̄timus; ſatq.
ſuperſit etatis ad oñā ex animi ſētētia cōficiēda

magnam esse, & crebram studiorum, ac laborum
intercapelinē in vita nostra velimus? Dyonisius
senior à quodam rogatus, superesset ne otiū? Me
lius ominare, inquit: nec supersit vñquam. Turia
nus iam nonagenarius, quod ei Cesar vacationē
à negotijs, publicisq. muneribus dedisset inuito,
in lecto se collocari, totam familiā lugere iussit;
nec ipse tanquam mortuus iacere, nec ipsius fa-
milia herum, tanquam mortuum, lamentari prius
destitit, quam est optimo seni suis labor restitu-
tus. Atras Scytha tunc se parum a despiciatissi-
mis hominibus, agasonibus nimirum, & stubula-
rijs differe ingenue fatebatur, cum esset otiosus.
Vespasianus Imperator, quotiescumque reprehē-
debatur à medicis, quod, tenui, aut nulla prorsus
valetudine, in labore sibi non parceret, responde-
re solebat; oportet Imperatorem stantem mori.
Nihil se magis in Gymnosophistarū moribus,
& vita laudare solitum, scribit Apuleius, quam,
quod omnem desidiam, & ab rerum honestarum
comparatione cessationem ita odissent, vt, apposi-
ta iam inensa, strata, & extructa cibis, nemo ta-
men manum in eam porrigeret, nisi discipulos
magistri prius rogassent; ecquid boni ad illam
vsque horam egissent. Trium potissimum rerum
Catonem seniorem pœnitiebat; primum, si mulie-
ri consiliū suum, aut rem arcana detexisset; dein-
dem, si, quo pedibus ire posset, co naui contēdis-
set; denique, si diē inanem, & otiosum cōsumpfi-
set.

set. Hic ille est Cato, qui dicebat; clarorum ho-
mínium non minus otij , quam negotij rationem
existare debere, quiq. scripsit; P. Sc. Africanum
dicere solitū, nunquā se in usotiosum esse, quā,
cū otiosas; nec minus solū, quā, cū solus. Magni
fica vero vox, inquit M. Tull. & magno viro, &
sapiente digna, que declarat illum & in otio de-
negotijs cogitare, & in solitudine secum loqui so-
litum, vt neq. cessaret vñquā, & interdum collo-
quio alterius non egeret. Ergo Imperatores Ro.
Reges, Tyranni, magni in repub. viri, Barbati iti-
dem homines, Scythæ, litterati, illitterati, senes,
pueri, illi deniq. a quibus nemo rationē otij re-
poscere poterat, otiosi esse noluerunt, cū facile
possent; & quadrimestre illud tēpus, quod parū
curiosis, & non, nisi otiani cupientibus, atq. igna-
uis, ex vetere instituto, solutū, ac liberum conce-
ditur, nos, ad tam multa, tāq. præclara nati, qui-
bus labori quies, otium ignauix , cessatio torpori
esse debet, otiose traducemus, atq. ad omnē ani-
mi dissolutionē, ludūnq. descendemus? Est, i-
quiunt, grata s̄xpc, aliquando etiā necessaria re-
missio animi. Audio. Sed Musonius animi remis-
sionē amissionē appellat. In itinere quāuis bre-
ui, & facili, inuenta sunt viarū cōpendia, vt quā
celerrime, quo instituimus, perueniamus; &, sicu-
bi diutius, quā oportuerat , morati sumus, cui su
corrigimus tarditatē; & in disciplinatum studijs
honestarū, incurriculo, & longissimo, & difficil-

C limo,

limo, quasi cordi sit, crebro interiectu, atq. inter
positu feriarū, & vacationū, ad metas semper he-
rere, mæandros, diuerticula, flexioneſq. quere-
mus? Quid ego referā Catonē alterū, Uticensem
nimirū, qui, dum Senatus cogebatur, ſolus in ip-
ſa Curia libros Gr̄ecos studiosiſſime, & diligen-
tiſſime legebat, ne vel breuiſſimū tēpus ſine le-
ctione, fructuq. tereretur? Quid hic faceret do-
mi? Quid noctu? Quid in Bibliothecā abditus?
Quid diebus festis? Quid tempore, ab interuēto
ribus, a publicis negotijs, à reipub. muneribus,
vacuo? Nullū pœne invita otiosum cōtigisse M.
Tull. ſpiritū Asia, Athenę, Rhodus, vrbes, vide-
licet, clarissimę, quas, dicēdi ſtudio ductus, adiit
Antiochus, veteris Academię nobiliſſimus Phi-
losophus, Demetrius Syrius, vetus dicēdi magi-
ſter, Menippus Stratonicēſis, Molō ipſe magis
alienis, quā ſuis notus scriptis, quos omnes que-
ſuit, volūtario exilio, dicēdi artifices, atq. docto-
res, & quæ reliquit diuini monumenta ingenij,
homo omniū occupatiſſimus pœne infinita, te-
ſtantur. Augustus Cæſar, mutinēſibus negotijs,
& difficultatibus vehementer exercitus, quoti-
die tamē legebat; ſcribebat; declamabat; multa
oratione ſoluta, librū etiā versibus, ſcripſit. Pla-
res ne cōmemorē, poſſem enim, ea me ratio mo-
uit, quod non id nunc agam, aut in eo laborē, vt
omnes, qui fuerint admirabili quodā ſtudio ad
diſcendum cōcitati, atq. incensi, enumerē; ſed, vt
ad-

admonem, si qui fint, qui meo egeāt cōsilio, fieri
nō posse, quin accidat omnibus cūstatoribus, vt
quantā occasio proficiēdi in litteris, lentitudine
ipsorū, remittitur, tantundē ipsi amittant doctrī-
nx; & quantū indulgent otio, hoc ipsum, & for-
tasse amplius, detrahāt de ingenio. Eximius, prē-
stas, & in omni laudis genere singularis existere
quomodo quis posset, rogatus aquodam, respon-
disse fertur, Aristoteles; si venientes non exspe-
ctet; præeuntes cōsequatur. Quæ ergo res, quæ
spes istos egregios cessatores, nimisque delica-
tos, ac molles in studijs alit rerum difficillima-
rum, qui neque præeuntes consequi laborant;
& venientes ita expectant, vt facile at ergo re-
licti, quos posteriores paulo ante viderant, eos-
dem priores esse, & eis animis patiantur,
& rectis oculis intueantur? O homines negli-
gentes, ac dissolutos! Quare non dictum,
sed oraculum putent illud à sapientissimis ho-
minibvs usurpatum; Qui cito non discit, nun-
quā discit: desinātq. iam, suo, alienoq. detrimen-
to cautiores facti, ea esse mobilitate, & leuita-
te ingenij, vt simul ac iniecta mētio sit feriarū,
atq. vacationum, studia de manibus excutiā; li-
bros deponant; abijciant vna cum ingenij glo-
ria, nobiles cogitationes, præclarissimosq. cona-
tus. Alioqui non erit recusandum, quin magnā
vitæ suæ partē nō ad accessionem rerū nouarū,
vt parcerat, sed ad abscessionē veterum, obliuio-

C. nomq.

nēq. iam diu perceptarū, quod omnē stupiditate
superat, contulisse videantur. Sed isti, si qui
sunt, vt lubebit, aut requiescant ab studijs; aut
respirent a molestijs; aut quoquis alio nomine ig-
nauiam cōtegant suam; deniq. dissipent, ac di-
strahant, s̄epe interpellando, studia sua, atq. de-
serāt, acturi mox; Quid, obsecro? Ipsi viderint.
Ego ijs diebus, quos statis anni temporibus sibi
cōtēdunt concessos, vt animos recreent, ac vires
denuo colligant, ijs, inquā, diebus non ero otio-
sus, sed eorū rationes, quibus amor eloquentiæ
Romane in visceribus, ac medullis infixus inse-
dit, ideoque Epicharmū secuti, nullum esse tem-
pus ad animi cultum, & sanitatē intēpestium
putāt, meis omnibus cōmodis anteponā. Noui
otiosorū vitā & faciliore, & tutorem, & minus
alijs grauem, aut molestā: sc̄d eorū, qui, dū opti-
me de alijs promereri volūt, se ad res magnas ge-
rēdas, quando licet, & quoties licet, accōmodāt,
fructuosiorem hominū generi, & ad claritatem,
ampiitudinemq. aptiore, si negē, sanus non sim.
Dicam equidē de me, quod sentio, quodq. res
est; & dicā, quod de se egregius Poeta cecinit;

Et nox longa, quibus mentitur amica, diesq.
Longa videtur opus debentibus, vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum,
Sic mihi tarda flunt, ingratāq. tempora, quae spes,
Confliuant, migrantur agendī rauiter.

Itaque

Itaq. parū isti cauti sint; nihil in posterū prouideant; indirecta illa, & ardua, quā eleganter, & ingeniose depinxit Hesiodus, ad virtutem via sepe interquiescant, sepe lapsi res istānt; non eā vno tempore, si fieri possit, atq. vno spirito, cōfīcere, & superare conētur; ita vite cursum iſſituāt ut versari tātū incurriculo sapiētię, nunquā ad filius gremiū peruenire velle videātur; ita nauigēt, vt nūquā portū teneant; sed semper illos vēti segues deludāt, & tarditatis lēto fastidio cōfīciant: ita ferant, vt nunquā demetāt, ferātq. frustū; sed semper sint diuites in annū alterū: ita belū gerant cū hostibus suis, vt nō modo de victoria nō cogitēt aut impulsu scutorū, aut cū fliſtu corporū, aut iſtu cominus, aut cōiectione telorū, aut aliquo periculo cōparanda, sed ne cogitent quidē, vt qui bellare tantū, non debella ecōtēdat: deniq. ita in sua pristina tarditate, & vacatio ne studiorū obstinati sint, vt eos nunquā ineſtissimx segnitix, & fastidij delicatissim i, oenite at sui; sed ante moriantur, quā intelligere possint, quo cōſilio inuitam venerint. Ego, vt pollicitus īā sum, inſtituti, munerisq. mei memor, quā tam pāda alijs, ſi qui eſſent ætate meliores, fiorētiores ingenio, valetudine firmiores, & qua per multi capiūtur, nouitate gratioreſ, ſine vlla dubitatione, tradiderā, eā iterū, vel cū discriminine in manus ſumā, atque fortunā, cuius me ſepe tclis expoſui, diuino fretus auxilio, vcltra eQUITATE cōſiſus, cōſcientia nixus recte volvūtatis, ſuperioris vite

ris vītē mēe iucūdissima recordatione recreatus
periclitabor. Vincat publicavtilitas priuata cō-
moda; acre, omnibusq. natura insitū cohonestā-
dē patriæ desideriū omnes difficultates, omnia
impedimenta vincat. Nihil animi afflictatio, nihil
calorū magnitudo, nihil intēpestiualitterarū, &
studijs, & studiosis èstas, nihil inueterata Aca-
demiarū cōsuetudo ardētē iuuandx rei littera-
rię cupiditatē impediat; et discēdo, sic docendo
nullum tēpus ineptū putetur, quando nullū se-
rum; & semper hora prior posteriore melior ha-
beatur, vt hoc eodē sensu ductus, scripsit Ouid.
Vtendum est ætate; *cito pede labitur ætas:*

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Te interim, Sipiritus Sācte, cuius ecclissimo di-
uinitatis folio in sacro sanctū Apostolorū Colle-
giū descendētis, aduentū Orbis Christianus om-
ni cultu, pietate, reuerētia pridie celebrauit, oro
& obsecro, vt, quemadmodū eorū pectora diui-
nis ignibus amoris inflamasti; cælesti sapiētia
cōpleuisti; infinitis, & immortalibus donis cu-
mulasti; ita me, supplicē taū, in multis, & mag-
nis vel asperitatibus rerū, vel angustijs tēporis,
obsequentē aliorū studijs, & tibi, pietatis fonti,
& pignori cælestis hereditatis, manus tendentē,
aliqua istius scintilla charitatis accēdas; cōsilijs,
ad hoc munus docendi, semper inuidiosum, sed
nunc, nescio quomodo, inuidiosius, idoncis in-
struas; ijsque rebus augeas, quę me, nō apud ho-
mines, sēpe ratos, səpius immemores accep-

torū beneficiorū, sed apud te, cū Deo Patre, &
Filio ab omni eternitate regnātē, Deū in gratia
ponant. Hunc ego a te meorum fructum studio-
rū postulo; hāc laborū, vigiliarū, & acorbitatū,
quas multas pertuli, mercedē posco; hoc opere,
tot annos in hac Academia nauatx, & in poste-
rū nauādæ, præmiū flagito, nō modo indignus
tanto bono, sed nihil etiā nō mali meritus. Verū
qui immēsā, & interminatā bonitatis tuę magni-
tudinē nouit, quid nō & petere, & sperare aude-
at? Quod si aliud quidpiā p̄terea aut optare me
fasest, aut a te cōseq̄ai licet, hoc omnib⁹ precib⁹
cōtendo, vt iterū à me publice profitēdi prouin-
cia, & cura suscep̄ta alicui sit ornamēto reilitte
rarię; huius Academię honorē augeat; & studio
ſæ iuuētutis cōmodis, & vtilitati seruiat. Mag-
nū profecto donū, atq. haud scio, an de humanis
donis lōge maximū; sed ego noui, quid postulē,
& à quo postulē. Postulo quidē rem per se, sua
vi, sua sponte leudabilē; ideoq. nō dubito, quia
facile impetrē, & exorē à te, qui eos etiam, quo-
rū scelere tuū est numen violatū, non tā vlciscē-
ris, quā sanas; & ipse te placas illis, quos iure per-
dere, atque delere potuisses; & ab eo postulo, a
quo pax, gaudiū, solatiū, integritas, sāctitas, per-
fectio, omnia deniq. bona in vniuersum hominū
genus ab ipso mundi primordio largissime ina-
nant, semperq. manabunt. Veni igitur, Creator
optime; veni splendidissima æternę veritatis
lux; veni sempiterna viuorū gl̄ria, vnicā mor-
tuorum

tuorū salus; veni, & exacue, atq. exfusca nō
ad suscipiēdā serio curā aliquā, & cogitationē
mūneris, officijq. nostri, vt ego, qui accersitus
sum, ita me gerā, vt sui eos, qui accersiuerūt, ne-
que cōsilij, neq. iudicij, neq. sumptus, euētusq.
pœnitentia illi, quorū gratia accersitus sum, ita se
cōparēt, vt prouidisse diligenter imposterū, &
suis prudenter rationibus cōsuluisse, & opportu-
ne oblatā cōparandæ occasionem eloquētiæ acri-
ter vrsissse iudicētur. Sic fiet, vt neq. mihi cōllās
& propensa volūtas aduersus illos, quorū inge-
nia pulcherrima, & præstantissima congitione
excolenda, animos ad elegantiam, omnemque
humanitatē informandos, studia alcenda, & ad
maiora in dies excitanda hoc potissimū tēpore
suscepi; neq. ipsis, quorū res maximæ aguntur,
animi impetus ad honestatē, ardoriētis ad lau-
dē flagrās cupiditas sapiētiæ ad gloriā defuisse
videatur. Quæ vero futura sit studiorū, atq. mu-
neris mei ratio, quæ exercitatio, & quā diutur-
na; qui quo tēpore, quomodo, & quandiu expo-
nēdi eloquētiæ Romæ magistri, cras illi à me
priuāim audient, qui me hodie, honesta, & salu-
taria persuadere conantem, repudiatis malis sua
soribus, audire voluerunt.

Ac dixi quidem pro vestra expectatione, pa-
rū, pro re proposita, satis, pro tēporis angustijs,
& iubilicillitate valetudinis, plus satis.

L A V S D E O.

V. Pet. Iohann. Affensus.